



C A P V T . I V .

*Antiquos non abstinuisse à metallis & fossilibus,
intrò accipiendis.*



Vod si iam de metallis, aliisve
Iubterraneis locuturi, ab ijs,
intra corpus præcipitādis, ab-
stinuisse quis putet antiquos, qd' morti-
fera, vel saltem occulta quadam hostili-
vi innatæ temperiei aduersentur, næ is
negligentiūs ijsdem perlegendis officiū
fecisse deprehēdetur. Nec enim, re hor-
tante, à metallis, cùm spontè natis, tum
arte factis abstinuere, vel sola ea ratione
quam ex Galeni præceptis extruimus.
Docuit enim is, metallica remedia, ter-
rea cùm sint & ignea, ad desiccandum
prona esse, si frequentiūs lauentur. At
iam, cùm siccantibus pharmacis inpri-
mis sit opus, in curādīs hominum ægri-
tudinibus : quandoquidem plures in-
temperantiæ, vt idem statuit, ex redun-
dantia humorum, quām ex inopia obo-
riantur, an non eidem scopo legitima
cōtrarij indicatione profuerint metal-
la?

*Metallis
Galenus, a-
lijq̄ veteres
internè sunt
usi.*

*9. simpl. in
præfatione
metall. me= =
dicamento=
rum.*